



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum hoc nomen persona in diuinis significet relatiuum, vel aliquid
absolutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

¶ 5 Præter. In Deo nulla est materia: principium autem individuationis materia est. Cum ergo persona sit substantia individua, non potest a Deo convenire.

¶ 6 Præter. Omnis persona est subsistentia: sed Deus non potest dici subsistentia, quia non existit sub aliquo. ergo non est persona.

¶ 7 Præter. Persona sub hypostasi continetur: sed in Deo non potest esse hypostasis, quia non est in eo aliquid accidens, cum hypostasis dicat subiectum accidentis, ut supra dictum est. ergo in Deo non est persona.

SED CONTRARIUM apparet per Athanasium in symbolo. Quicumque vult &c. & per Augustinum in 7. de Trin. & per communem ecclesiam usum, quæ Spiritus sancto edocet non potest errare.

RESPON. Dicendum, quod persona, sicut dictum est, significat quandam naturam cum quodam modo existendi. Natura autem, quam persona in sua significatione includit est omnium naturarum dignissima scilicet natura intellectualis sui generis sui. Similiter etiam modus existendi, quem importat persona, est dignissimus. ut scilicet aliquid sit se existens. Cum ergo omne quod est dignissimum in creaturis, Deo sit attribuentium, convenienter nomen personæ Deo attribui potest, sicut & alia nomina, quæ proprie dicuntur de Deo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in nomine aliquo est duo considerare. scilicet illud ad quod significandum nomen imponitur, & illud a quo imponitur ad significandum. Frequenter nomen imponitur ad significandum rem aliquam ab aliquo accidente, aut actu, aut effectu illius rei, quod tamen non sunt principaliter significata per illud nomen, sed potius ipsa rei substantia vel natura, sicut hoc nomen lapis sumitur a læsione pedis, quam tamen non significat, sed potius corpus quoddam in quo tale accidens frequenter invenitur. unde iohannes pedis magis pertinet ad etymologiam huius nominis lapis, quam ad eius significationem. Quod ergo illud ad quod significandum nomen imponitur Deo non competit, sed aliqua proprietas eius in similitudinem quandam, tunc illud nomen de Deo metaphorice dicitur, sicut Deus nominatur leo, non quia natura illius animalis Deo conveniat, sed pro fortitudine que in leone invenitur. Quod vero res significata per nomen Deo convenit, tunc illud nomen proprie de Deo dicitur, sicut bonum, sapiens, & huiusmodi, licet etiam sique illud a quo tale nomen imponitur non conveniat Deo. Sic ergo licet personare ad modum larvati hominis, a quo impositum fuit nomen personæ, Deo non conveniat, tamen illud quod significatur per nomen, scilicet subsistens in natura intellectuali, competit Deo. Et propter hoc nomen personæ proprie sumitur in divinis.

AD II. Dicendum quod tam nomen personæ quam definitio de persona data, si recte intelligatur, convenit Deo, non tamen ita, quod sit definitio eius, quia plus est in Deo, quam significetur per nomen. Unde id quod Dei est, per rationem nominis non definitur.

AD III. Dicendum, quod licet Deus non sit in genere substantiæ tanquam species, pertinet tamen ad genus substantiæ, sicut generis principium.

AD IIII. Dicendum, quod accidit personæ in quantum huiusmodi quod sit composita, ex hoc quod complementum, vel perfectio quæ requiritur ad rationem personæ, non invenitur statim in uno simplici, sed requirit adunationem multorum, sicut in hominibus patet, in Deo autem cum summa simplicitate est summa perfectio. & ideo est ibi persona absque compositione. Partes vero possunt in definitione

personæ, non ostendunt aliquam compositionem personæ, nisi in substantiis materialibus individui aut cum sit negatio, per hoc quod substantiæ additur nullum compositio importatur. Unde remanet sibi sola compositio individui substantiæ, in hypostasis ad naturam. Quæ duo in substantiis immaterialibus, secundum rem sunt idem omnino.

AD V. Dicendum, quod rebus materialibus quibus forma non sunt per se subsistentes, sed materia inherentes, oportet quod principium individuationis sit ex materia, forme vero immaterialis cum sint per se subsistentes, ex seipsis individuantur. Ex hoc enim quod aliquid est subsistens, habet quod de pluribus predicari non potest. Et ideo nihil prohibet in rebus immaterialibus substantiam individuum, & personam inveniri.

AD VI. Dicendum, quod licet in Deo non sit compositio, ut in eo aliquid sub alio intelligi possit, tamen secundum intellectum nostrum scilicet accipimus esse eius, & substantiam ipsius subesse eius existentem, ut huic subsistens dicitur. Vel dicitur quod licet sub esse a quo imponitur vocabulum subsistendi, Deo non conveniat, tamen per se esse ad quod significandum imponitur, competit ei.

AD VII. Dicendum, quod licet in Deo non sunt accidentia, sunt tamen in eo proprietates personales, quibus hypostases subsistant.

ARTICULUS IIII.

Utrum hoc nomen persona in divinis significet relationem vel aliquid absolutum.

QVARTO queritur utrum hoc nomen personæ in divinis significet relationem vel aliquid absolutum. Et ut quod significet aliquid absolutum. Dicitur Augustinus in 7. de Trin. quod cum beatus annes dicit, Tres sunt qui testimonium dant in celo, Pater Verbum, & Spiritus sanctus, & quæretur quid tres essent, responsum est, quod sunt tres personæ: sed quid querit de essentia. ergo hoc nomen persona in divinis significat essentiam.

¶ 2 Præter. In eodem lib. Augustinus dicit quod idem est Deo esse quod personam esse: sed esse in divinis significat essentiam, & non relationem. ergo & persona

¶ 3 Præter. Augustinus dicit ibidem. Ad se proprie dicitur persona, non ad alium, vel Spiritus sanctum, sicut ad se dicitur Deus, & magnus, & bonus, & nullus: sed hæc omnia essentiam significant, & non relationem. ergo & persona.

¶ 4 Præter. Augustinus ibidem dicit, quod quamvis dicitur est illis, Pater, & Filio, & Spiritus sancto nomen essentia, ut singulus quisque dicitur essentia, illis tamen est personæ vocabulum. Sed relatio in divinis non est esse, sed distinctio. ergo persona in divinis non significat relationem: Sed dicitur quod persona est commune ratione & non rei in divinis.

¶ 5 Sed in divinis non est esse, unde Augustinus in eodem libro improbat opinionem illorum, qui dicebant quod essentia in divinis est sicut genus, sicut species, persona vero sicut species vel individua. Quod autem est esse ratione & non re, commune per modum universalis. ergo persona non est commune in divinis ratione tantum, sed esse, & ita non potest significare relationem.

¶ 6 Præter. Nullum nomen significat res diversorum generum, nisi equivoce, acutum enim equivoce dicitur in saporibus & magnitudinibus. manifestum est autem quod persona in Angelis, & hominibus, non significat relationem: sed aliquid absolutum. Si ergo in Deo significet relationem, equivoce dicitur.

Art. 7. huius
quæst.
Lib. 7. ca. 6.
to. 3.
Vide 1. par
9. 29. ar. 3.

D. 9. 26.

D. 464.

¶ 7 Præter

¶ 7 Præ. Quod accidit rei significata p nomē, est extra significationē nominis, sicut extra significationē hoīs est albu, quod accidit hoī. Res autē significata p hoc nomen persona, est substantia inditua ronalis naturæ, quia rō quā significat nomē, est definitio, secundū Phil. in 4. Metaph. substantiæ autem tali accidit ad aliud referri. Relatio ergo est extra significationem huius nominis persona.

¶ 8 Præ. Nullū nomē pōt intelligi de aliquo vere p̄dicari, cui non intell̄r conuenire res significata p nomen, sicut nec pōt intelligi esse homo, qđ itell̄r non esse aīal ronale mortale. Iudæi autē, & pagani confitentur Deū esse p̄sonā, non tñ confitentur in eo relationes, quas nos ponimus s̄m fidem. ergo hoc nomen persona in diuinis non significat huiusmodi relationes. Sed dicendum, qđ Iudæi & Pagani erroneam habent opinionē de Deo. Vnde ex eorum opinione non potest accipi argumentum.

¶ 9 Sed 3, error opinionis non variat nominis significationem. nec ēt veritas. Si ergo apud errātes de Deo hoc nomen p̄sona non significat relōnē, nec etiā significabit apud recte sentientes de Deo.

¶ 10 Præ. Voces s̄m Phil. sunt signa intellectūū. Intell̄s. n. qui concipitur ex hoc noīe persona, est in intell̄u substantiæ primæ. ergo hoc nomen persona significat substantiam primā, qua nihil est magis absolutum, cum sit per se existens. ergo hoc nomen persona, non significat relationem: sed aliqd absolutum. Sed dicendum, qđ hoc nomē persona, significat relationem per modum substantiæ.

¶ 11 Sed 3, hæc propositio est immediata, Nulla relatio est substantia, sicut & hæc, nulla q̄ritas est substantia, sicut patet per Phil. in 1. Posteriorum. Si ergo hoc nomē p̄sona significat substantiā, vt probatū est, ipossibile est qđ significatū eius sit relō.

¶ 12 Præ. Opposita non p̄nt verificari de eodem: sed esse p se, & esse ad aliud, sunt opposita. Si ergo quod significatur nomine personæ, est substantia quæ est ens per se, impossibile est qđ sit ad aliquid.

¶ 13 Præ. Omne nomen significans relationem, refertur ad aliquid quod consignificat, sicut Dominus, & seruus: sed patet quod hoc nomen persona non refertur ad aliud. ergo non significat relationem, sed aliqd absolutum.

¶ 14 Præ. Persona d̄r quasi p se vna, vnitas autē in diuinis p̄inet ad essentiā. ergo hoc nomē p̄sona significat essentiā, & nō relōnē. Sed dicēdū, qđ hoc nomē significat vnū distinctū, & qđ distinctio in diuinis est per relationē, ideo significat relationē.

¶ 15 Sed 3, Filius, & Spiritus sanctus d̄r distinguī in diuinis s̄m modum originis: nam filius p̄cedit per modum intell̄s, vt verbum: sed Spiritus sanctus per modum voluntatis, vt amor. Non ergo p̄ solas relationes est distinctio in diuinis, & sic non oportet quod persona relationem significet.

¶ 16 Præ. Si relatio in diuinis est distinguens, p̄sona autem est quid distinctum non distinguens, nō significabit relationem nomen persona.

¶ 17 Præ. Relationes in diuinis dicuntur esse proprietates, persona autem significat aliquid subst̄as proprietati. Non ergo significat relationem.

¶ 18 Præ. Quatuor sunt relationes in diuinis, s̄paternitas, filiatio, processio, cōis spiratio: innascibilitas. n. quæ est quinta notio, nō est relatio: sed hoc nomen persona nullam harum significat. Si enim significaret paternitatem, non diceretur de filio: si filiationem, non diceretur de patre: si autem processionem Spiritus sancti, non diceretur neque de patre neque de filio: si vero communem spiratio,

A nem, non diceretur de Spiritu sancto. Non ergo significat relationem hoc nomen persona.

SED CONTRA, Boetius dicit in lib. de Tripl. oē nomen ad personas pertinet, relationem significat: sed nullum nomen magis pertinet ad personas, quam hoc nomen persona. ergo hoc nomen persona relationem significat.

¶ 2 Præ. Sub persona in diuinis continentur pater, & filius, & Spiritus sanctus: sed hæc nomina relationem significant. ergo & nomen persona.

¶ 3 Præ. Nullum absolutum distinguitur in diuinis: sed persona distinguitur. ergo non est absolutum, sed relatiuum.

RESPON. Dicendū, qđ hoc nomen persona h̄t cōe cum nominib. absolutis in diuinis, qđ de qualibet persona p̄dicatur, nec s̄m nomen ad aliud refertur, cum nominib. vero relationem significatib. qđ distinguitur, & pluraliter p̄dicatur, & ideo v̄ qđ vtraque significatio, & relatiui, & absoluti p̄tineat ad personam. Qualiter autē vtraque significatio ad nomen persone p̄tineat, est diuersimode ad diuersis assignatum. Dicunt. n. quidam, quod d̄ persona significat vtrunque, sed per modum æquiuocationis. Dicunt. n. quod hoc nomen persona q̄tū est de se, absolute significat essentiā tam in singulari, q̄ in plurali, sicut hoc nomen Deus, aut bonus, aut magnus: sed pp̄ insufficientiam nominum ad loquendū de Deo, accommodatū est hoc nomen Persona a sanctis patrib. in Niceno cōcilio, vt q̄nq; possit sumi pro relatiuo, & p̄cipue in plurali, cum dicimus quod p̄r, & filius & Spiritus sanctus sunt tres personæ, vel cū termino partitiuo adiuncto, vt cū d̄r alia est persona patris, alia filij: vel cum d̄r, filius est alius a patre in persona: in singulari autē cū absolute p̄dicatur, pōt indifferenti significare essentiā vel personam, vt cum d̄r, p̄r est persona, vel filius est persona. Et hæc v̄ esse opinio Magistrī in primo Sententiarum: sed non v̄ sufficienter dicit.

Non enim absque rōne ex propria significatione nominis sumpta, sancti patres diuinitus inspirati, hoc nomen inuenerunt ad confessionem veræ fidei exprimendam. Et p̄cipue quia dedissent occasionē erroris dicendo tres personas, si hoc nomen Persona significat essentiā absolute, & iō alij dixerunt qđ simul significat essentiā, & relationē: sed non equaliter, sed vnum in recto, & aliud in obliquo. Quorū quidā dixerunt, quod significat essentiā in recto, & relationē in obliquo: quā autē econuerso. Sed neutri dubitationem soluunt, quia si essentiā in recto significat, non deberet pluraliter p̄dicari: si vero relationē, nō deberet ad se dici, nec de singulis p̄dicari, & ideo alij dixerunt quod significat vtrūq; in recto. Quorū quidā dixerunt quod significat essentiā, & relationē ex equo, & neutrum circa aliud ponit. Sed hoc nō est intelligibile, quia quod non significat vnum, nihil significat. Vnde oē nomen significat vnū in vna acceptione, vt dicit Phil. in 4. Metaph. & ideo alij dixerunt quod relatio ponitur circa absolutū.

Quod quidem difficile est videre, cum relationes non determinant essentiā in diuinis. & ideo alij dixerunt quod non significat absolutū sine substantiā, qđ est essentiā, sed quæ est hypostasis, hoc. n. relatione determinatur. Quod quidē verū est, sed per hoc dictum nihil nobis manifestat. Minus. n. est nobis manifestū nomen hypostasis, vel substantiæ, qđ nomen persona. Et ideo ad euidentiā huius qōnis, sciendum quod propria ratio nominis est, quam significat nomen secundum

Quest. dif. S. Thomæ. L 3 Phil.

A medio li. de trin.

Vide 1. par. q. 29. art. 4.

Et 1. dif. 24. art. 3. & dif. 62. q. 1. art. 1.

Lib. 1. sent. dif. 25.

Lib. 4. com. 10. to. 3.

ostione
ditiuū
ad dicit
remanc
e. l. hypo
s. inu
nino.
ralib. in
ed mae
n indu
arciar
id uat
habet q
hil p
n indu
no fa
elligi pō
oriam a
oclie eus
d dicit
cabulum
per se esse
p̄p̄ter
non fin
s p̄sona
cer
perio
vel
liquid
i cam
dant i
uerere
tres pe
no eno
idem
diuinis
persona
ne dicit
um, sicut
& nullus
non tele
m̄tis cō
nomē
entia, nō
jo in d̄
sona in
d̄ d̄
diuinis
Aug. in
an, quid
genus, nō
vel in
n re, cō
sona
m, sed
em.
dimer
equi
s. man
iquid
nem, cō

Lib. 4. com. 18. to. 3.

Phil. in 4. Metaph. Id autem, cui attribuitur nomē, si sit recte sumptum sub re significata p nomē, sicut determinatū sub indeterminato, dī supponi p nomen: si autē non sit recte sumptum sub re nois, dī copulari per nomen, sicut hoc nomen animal significat substantiam animatam sensibile, & albi significat colorem disgregatiuum visus. Homo vero recte sumitur sub rōne aīalis, sicut determinatum sub indeterminato. Est. n. homo, substantia animata sensibilis, tali anima, s. rōnali, sub albo vero quod est extra essentiam eius, non directe sumit. Vnde homo supponitur nomine animalis, copulatur vero noie albi. Et quia inferius qd supponit per nomen cōe, se habet ad cōe sicut determinatū ad indeterminatum, id quod erat suppositum fit significatum, determinatione appōita ad cōe, ani mal. n. rōnale significat hominem. Sed sciendū, qd aliqd significat dupliciter, vno modo formaliter, & alio modo materialiter. Formaliter quidem significatur per nomen id, ad quod significandum nomen est principaliter impositum, quod est rō nominis, sicut hoc nomen homo, significat aliqd cōpositum ex corpore, & anima rōnali, materialiter vero significatur per nomen, illud, in quo talis rō saluatur, sicut hoc nomen, Homo, significat aliquid habens cor & cerebrum, & huiusmodi partes, sine quib. non pōt esse corpus animatū anima rōnali. Secundum hoc ergo dicendum est, qd hoc nomen Persona, cōiter sumpta, nihil aliud significat, qd substantiam indiuiduam rōnalis naturae. Et quia sub substantia indiuidua rōnalis naturae continetur substantia indiuidua, i. incōdicabilis, & ab alijs distincta tam Dei, qd hois, qd ēt Angeli, oportet, qd persona diuina significet subsistens distinctum in natura diuina, sicut persona humana significat subsistens distinctum in natura humana, & hec est formalis significatio tam personae diuinae, qd personae humanae: sed quia distinctum subsistens in natura humana, non est nisi aliquid p indiuidualem materiam indiuiduatū, & ab alijs diuersum: ideo oportet qd hoc sit materialiter significatum, cum dī persona humana. Distinctum vero incōdicabile in natura diuina, non pōt esse, nisi relatio, quia oē absolutū est cōe, & indistinctū in diuinis: relatio autē in Deo est idem s. m. rem, quod eius essentia. Et sicut essentia in Deo idē est, & habens essentia, vt deitas & Deus, ita idem est relatio, & quod p relationem refertur. Vnde sequitur qd idē sit relatio, & distinctū in natura diuina subsistens. patet ergo qd persona cōiter sumpta, significat substantiam indiuiduam rōnalis naturae, persona vero diuina, formalis significatione, significat distinctū subsistens in natura diuina. Et quia hoc non pōt esse, nisi relatio vel relationum, ideo materiali significatione significat relationē, vel relatiuū. Et pp hoc pōt dici qd significat relationē p modū substantiae, non qd est essentia, sed qd est hypostasis, sicut & relationem significat, non vt relationē, sed vt relatiuū, i. vt significat hoc nomine, Pater, non vt significatur hoc nomine, pateritas. Sic. n. relatio significata includit oblique in significatione personae diuinae, quae nihil aliud est, qd distinctum relatione subsistens in essentia diuina.

Ad primum ergo dicendum, qd quid non solū querit de essentia, sed quandoque etiam de supposito, vt quid narat in mari, piscis. Et sic ad quid respondendum est per nomen, persona.

Ad II. Dicendum, qd propter modum significandi huius nominis persona, dicit Aug. Idem est Deo esse, quod personā esse. Non enim significat

Lib. 7. de tri. 6. to. 3.

F per modum relationis, sicut pater & filius.

Ad III. Dicendum, quod hoc prouenit ex formali significatione personae, quod ad se dicitur, & ad aliud non refertur.

Ad IIII. Dicendum, quod essentia est communis re in diuinis, sed persona secundum rationem tantum, sicut & hoc nomen relatio.

Ad V. Dicendum, quod in diuinis nihil est diuersificatum s. m. esse, cum ibi sit tantum vnum esse, hoc autem est contra rationem vniuersalis. ideo non est ibi vniuersale, licet sit ibi vnum secundum rationem, & non secundum rem.

Ad VI. Dicendum, qd hoc qd persona aliud significat in Deo, & in homine, pertinet ad diuersitatem suppositionis, magis qd ad diuersam significationem huius cōis, qd est persona. Diuersa autē suppositio non facit equiuocationē, sed diuersa significationem.

Ad VII. Dicendum, qd licet relatio accidat ei, qd significatur cōiter per hoc nomen persona, non tamen accidit personae diuinae, sicut ostensum est.

Ad VIII. Dicendum, quod obiecto illa procedit de formali significatione nominis, & non de materiali. Et similiter dicendum ad nonum.

Ad X. Dicendum, qd substantia prima dī absoluta, quali ab alio non dependens, relatiuū autē in diuinis nō excludit absolutū, qd ē ab alio nō dependens, sed excludit absolutū quod ad aliud nō refertur.

Ad XI. Dicendum, qd ista propositio, Nulla relatio est substantia, est immediata, si accipitur relatio, & substantia quae sunt in genere: dī sed Deus nonimitatur terminis alicuius generis, qd sed habet in se perfectiones omnium generum. Vnde nō distinguuntur in eo secundum rem relatio, & substantiam.

Ad XII. Dicendum, qd p se existēs, opponit ad rō per se existens, non autem ei quod est ad aliqd.

Ad XIII. Dicendum, quod persona s. m. nomen ad aliud non refertur, propter modū quē significat.

Ad XIII. Dicendum, quod vnum in diuinis se habet cōiter ad essentiam, & relationem, dicimus a quod essentia est vna, & quod pater est vnus.

Ad XV. Dicendum, quod forte modus ille processionis diuersus, quo dī filius procedit p modū intellectus, Spiritus sanctus vero per modū voluntatis, non sufficit ad distinguendū personam Spiritum sanctū a filio, cum voluntas, & intellectus nō distinguantur personam in diuinis, si tñ cōcedat, quod hoc ad eorū distinctionē sufficit, manifestū est qd vterq; a patre p relationē distinguitur, prout vnus corū procedit a pte vt genitus, alius vt spir. Et haec relationes constituunt eorum personas.

Ad XVI. Dicendum, qd sicut relatio significat, & distinguens in diuinis, ita relatum significat, & distinguitur. In Deo autē non est aliud relatio, & relatum, sicut nec essentia, & quod est, & ideo nec distinguens, & distinctum in Deo differunt.

Ad XVII. Dicendum, quod proprietates in diuinis non est accidentales, sed est idem secundum modū ei cuius est proprietates: sed differt secundum modum intelligendi. Persona ergo non significat relationem prout est proprietates, sed prout est proprietati, & essentiae subsistens.

Ad XVIII. Dicendum, quod licet vniuersale possit esse pter singularia, pōt tñ intelligi, & per se sequens significari, & pp hoc sequitur si nō est aliud quod singulariū, quod non sit vte. Non tamen sequitur si non intelligitur aut significatur aliquo singularium, quod non intelligatur vel significetur vniuersale: hoc. n. nomen, Homo, non significat aliquem singularium hominum, sed solum hominem.

nem in communi. Et similiter hoc nomen, Persona, & si non significet paternitatem neq; filiationem neque communem spirationem, aut processionem, tamen significat relationem in communi, per modum iam dictam, sicut & hoc nomen relatio suo modo.

ARTICVLVS V.

Utrum numerus personarum sit in diuinis.

QUINTO quaeritur, utrum numerus personarum sit in diuinis. Et vñ q non. Dicitur. Boetius in lib. de Tri. Hoc vere vnum est, in quo nullus est numerus: sed Deus est verissime vnus. ergo in eo nullus est numerus. Sed dicendū, quod in Deo non est numerus simpliciter: sed numerus personarum.

¶ 2 Sed contra, semper ad fm quid, sequitur simpliciter qñ determinatio nō est diminuens. sequitur enim, Est homo albus. ergo est homo: sed nō sequitur, Est homo mortuus. ergo est homo: sed hoc quod dī numerus personarum, non est determinatio diminuens, cum persona sit quoddam cōpletissimū. ergo sequitur si est in diuinis numerus personarum, q sit ibi numerus simpliciter.

¶ 3 Præ. Vni opponitur multitudo, fm Philof. 10. Metaph. sed opposita non inunt eidem. Cū ergo in Deo sit summa vnitas, non potest in eo esse aliquis numerus, vel aliqua pluralitas.

¶ 4 Præ. Vbi cumque est numerus, ibi est pluralitas vnitarum: vbi autem sunt plures vnitates, ibi est multiplex esse: aliud enim est esse huius vnitatis, & aliud illius. Si ergo in Deo est numerus, oportet quod sit in eo multiplex esse, & ita multiplex essentia, quod pater esse falsum.

¶ 5 Sicut vnum est indiuisiū, ita multitudo non est sine diuisione: sed in Deo non potest esse aliqua diuisio, cum non sit ibi aliqua compositio: ergo non potest esse in diuinis aliquis numerus.

¶ 6 Præ. Omnis numerus habet partes: componitur enim ex vnitatibus: sed in Deo non sunt aliqua partes, cum non sit ibi compositio. ergo in Deo non est numerus.

¶ 7 Præ. Illud per quod creatura differt a Deo, non debet Deo attribui: creatura autem differt a Deo per hoc, quod in numero quodam constituta est, secundum illud Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura constituiti. Numerus ergo non debet poni in diuinis.

¶ 8 Præ. Numerus est species quantitatis: in Deo autem non est aliqua quantitas, propter quod si aliquid quantitatem significans in diuinam prædicationem venerit, mutatur in substantiam, vt dicit Boetius in lib. de Trin. Aut ergo numerus nullo modo est in diuinis, aut ad substantiam pertinet, quod est contra fidem.

¶ 9 Præ. Vbi cumque est numerus, ibi sunt numeri passiones, vt perfectum, & diminutum, multiplicatio & diuisio, & alia huiusmodi quæ consequuntur numerum: hæc autem in Deo esse non possunt. ergo in Deo non potest esse numerus.

¶ 10 Præ. Ois numerus finitus est. quod ergo est infinitus, non est numerabile. ergo cū Deus sit infinitus, in eo non potest esse numerus. Sed dicendū, q Deus, & si est infinitus nobis, est tñ infinitus sibi.

¶ 11 Sed contra, verius competit Deo quod competit ei secundum seipsum, quàm quod competit ei secundum nos. Si ergo Deus est finitus sibi, infinitus autem nobis, verius est finitus, quàm infinitus, quod patet esse falsum.

¶ 12 Præ. Secundum Phil. in 10. Metaph. Numerus

A est multitudo mensurata per vnum: Deus est mensura non mensurata. ergo in Deo nō est numerus.

¶ 13 Præ. In omni natura q non differt a suo supposito, impossibile est multiplicari supposita illius naturæ, pp hoc enim impossibile est esse plures homines in vna natura humana, quia hic homo nō est sua humanitas. Et ideo multiplicatio idiuuorū i vna natura humana, cōsequit diuersitatē principiorum indiuidualū, q nō sunt de rōne naturæ cōis. In substantijs autē immaterialibus in quib. ipsa natura speciei est suppositum subsistens, non est possibile esse plura indiuidua vnus speciei: sed in Deo maxime est idem natura, & suppositum, quia ipsum esse diuinum quod est natura diuina, est

B subsistens. Impossibile est ergo quod in natura diuina sint plura supposita, vel plures personæ.

¶ 14 Præ. Persona est nomen rei. ergo vbi non est numerus rerum, non est numerus personarū: sed in Deo non est numerus rerum. Dicit enim Dam. q in diuinis pater, & filius & Spiritus sanctus, re quædem sunt vnum, ratione autē, & cogitatione differunt. ergo in Deo non est numerus personarum.

¶ 15 Præ. Impossibile est in aliquo vno esse rerū pluralitatem, abique rerum compositio: Deus autē vnus est. Si ergo in Deo sunt plures personæ, quod est esse plures res, sequitur quod in eo sit compositio, quod simpliciter diuinæ repugnat.

¶ 16 Præ. Absolutū pfectū est q relatiū: sed proprietates absolute. i. attributa essentialia, ut sapiētia, iustitia, & hmōi, nō cōstituūt i Deo plures psonas. ergo nec pprietates relatiue, vt pñitas, & filiatio.

¶ 17 Præ. Ea quib. aliqua ab inuicem distinguuntur, comparantur ad ipsa sicut differentia constitutiua ipsorum. Si ergo personæ in diuinis, relationibus distinguuntur, oportet q relationes sint quasi differentie constitutiua personarum, & ita in personis diuinis erit aliqua compositio, cū differentia adueniens generi constituat speciem.

¶ 18 Præ. Ea quæ distinguuntur per formas specie differentes, nec est specie differre, sicut homo, & equus differunt specie, sicut rōnale, & irratiōnale. pñitas autē, & filiatio sunt relationes specie differentes. ergo si personæ diuinæ solis relationibus distinguuntur, necesse est q specie differat, & ita non erunt vnus naturæ, quod est cōtra fidem.

¶ 19 Præ. Non est intelligibile q aliqua sint supposita diuersa, quorum est vnum esse: sed in diuinis non est nisi vnum esse. ergo impossibile est q sint ibi plura supposita, vel plures personæ.

¶ 20 Præ. Cū creatio sit proprie actio Dei, oportet q procedat a quolibet supposito diuinæ naturæ, impossibile est autē q hæc actio cum sit vna, proueniat à pluribus suppositis, quia vna actio non est, nisi ab vno agente. ergo impossibile est q diuinæ nature sint plura supposita, sine plures personæ.

¶ 21 Præ. Diuersitas proprietatū, non facit diuersa supposita in istis inferiorib. non. n. per hoc q hic est albus, & ille niger, est hoc suppositū humane nature aliud ab illo: sed per diuersitatem materiæ indiuidualis quæ est substantia indiuiduorū, hoc suppositū est aliud ab illo. Si ergo in diuinis nō est distinctio, nisi p proprietates relatiuas, impossibile est q sit ibi pluralitas suppositorū vel personarū.

¶ 22 Præ. Supreme creature sunt Deo similiores, quàm infime: in infimis autem creaturis sunt plura supposita in vna natura, nō autem in supremis, sicut in corporib. celestibus. ergo nec in Deo sunt plures personæ in vna natura.

¶ 23 Pr. Qñ tota pfectio speciei iuenitur i vno supposito, Quest. dis. Thomæ. L 4 posito,

Lib. r. c. 11.

E